Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26479
Copyright: Admont, Benediktinerstift



instantia. Post xxx. aut dierū circulū ex quo
ei hoc accidit. cepit ille habitator malignus
per eam diras emittere uoces. Hanc ob causā pater
eius nuntios misit ad regem sigibertū theoderici filiū.
qui eā habuit desponsatā. ut ei nuntiarent.
quicquid circa puellā agebatur. Rex uero cū omni
festinatione. misit duos pontifices. de quorū
meritis potissimū presumebat cū donis regiis
ad puellā. ut eā medicamine orationū. a furo
ris uesani languore sanarent. Igitur uuillima
rus prbr. uolens tempore per eplam definito.
adducē uenire. dixit beatissimo callo. Scis
ducis mandatū. Eamus ad illū. Et ille. tuū ē
inquit hoc iter. non meū. Tu ergo proficiscere. Quid
mihi cū principibus scli. Nam in heremū unde ex
iui. reuertar. Noli ait ita agere. sed perge me
cū. ne forte dux qui in uexatione filie ni
mium contristatur. ira cōmotus mittat satel
lites. teq; uinctū illuc faciat perduci. Vir dō